



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

14. Pietatis & misericordiæ commendatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

IOAN. IACOB. à CANIBVS

Caput sit, qui cùm hoc particeps sit ciuilis
societatis, ipse tenetur, quod sibi superest, alijs
erogare: sicut etiam vellet proximum suum
sibi constituto in necessitate sibi subuenire, haec
enim diuina lex est, quæ scripta est Matt. 7. c.
¶ in decre. 1. distinct. c. 1. Vnde Ambro. in
lib. de offi. inquit, non satis est bene velle, sed
etiam benefacere. Nec satis est iterum bene
facere: nisi id ex bono fonte, haec est ex bona
voluntate proficiscatur. Vnde idem subdit: pa-
scere fame morientem. quisquis enim pascendo
hominem, seruare poteris, si non paueris, occidi-
sti: ut in decret. 86. distinct. non satis. ¶ c.

¶ 4 pasce. + caret enim splendore virtutis, quam
clementiam appellamus, qui potens bene face-
re, viscera misericordiae non aperit: ut ibidem
inquit Hiero. tantoq; magis, si parentibus, ¶
alijs sanguine coniunctis, si facultatem subue-
niendi nactus, non adiuuat, sed derelinquit, ut
ibidem legitur, ¶ l. veluti. ff. de iustitia &
iure. Cogitetq; sibi legum aut canonum docto.

¶ 5 sine philosophiae moralis + aut oratoria artis, &
quibus non theologica distat sapientia, id do-
num sibi diuinitus esse concessum, non ut illud

RECO-

